

Petrus de Vinea

*Ep. V 31 (Cum... et..., fideles
nostri, per eorum litteras...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 31 (Cum... et..., fideles
nostri, per eorum litteras...)*

1241

Vt rescribat, quod expedit super negotio.

1. Cum... et..., fideles nostri, per eorum litteras nostrae supplicauerint maiestati, ut quia R., ciuis Rauennas, fidelis noster, foret ad presens super regimine Rauennatum et Ferrariensium, qui in nostrae fidelitatis constantia perseuerant, necnon et aliis seruitiis nostris in partibus Romangiae exequendis, plurimum opportunum dignaremur eundem R. et socerum ipsius, in Regno de mandato nostro presentialiter commorantem, relaxare de nostra gratia speciali. 2. Volentes itaque in hiis cautius procedere, prout decet, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus tuis literis denotare procures, quid inde nostrae expediat maiestati.